

n. 113: (Symon, päpstlicher Scriptor,) teilt einem hochgestellten Supplikanten mit, daß die erbetene Zahlung aussichtslos sei, daß er aber mit seinen Genossen für den Erfolg des Empfängers arbeite und durch seinen Einfluß hoffe, eine Pfründe zu erhalten.¹

De data, quam petitis in litteris vestris gratanter ac devote receptis, apud dominum J. et apud penitenciarium² laboravi frequenter in vanum, asserentes ipsam minime concedendam. Salutant vos socii nostri omnes et rogant Dominum, quod vobis prospere succedat, offerentes se ad omnia, que vestrum respiciunt commodum et honorem.

Ad hec de sollicitudine, quam habetis de facto commisso, gratiam v[estram]p[ro]p[ri]am^a pro ac[tione]^a gracionum, suppliciter postulans, ut in me continuare dignemini, quod mera liberalitate non meis meritis incepistis.

Ceterum volo vos scire, in quo fiducia mea tota consistit et quiescit, quia dominus³ locutus est cum magistro et dixit ei, qualiter vellet, quod michi dominus episcopus provideret. Unde supplico, quod cum ipso ad dominum episcopum accedatis exponentes ei voluntatem domini, et forte aliquam illarum ecclesiarum ad presens vestra suasionem devoto vestro confert.

Preterea de facto procuratoris vestri, qui iam a procuracione recessit, cum vobis sepius scripserim, miror, cur exinde michi scribere noluistis. Unde velle vestrum, si placet, quam cicius poteritis, rescribatis.

n. 117: An einen Freund über dessen Promotion.

Litteras vestras debita devotione recepi, quarum tenor meo stilo scribendi dedit audaciam, quam promocionis vestre studendi^a, timens, ne forsan affectum, quem habebatis ad S., motus nove permutationis auferret; nec mirum, quoniam aliquando consuevit

113. ^a) So vielleicht die abgekürzten Worte aufzulösen. 117. ^a) Die Stelle quam — studendi scheint durch Auslassung verderbt.

¹) Vielleicht steht dies Stück mit dem vorigen in innerem Zusammenhang. ²) Da unter dem penitenciarium doch wohl Thomas v. Capua zu verstehen ist, so scheint der vorangestellte dominus J. ein noch höherer oder dienstälterer Geistlicher zu sein; das würde etwa auf Johann Colonna, den Kardinalpresbyter von S. Praxedis zutreffen, mit dem Thomas ja auch nach n. 81 der Sammlung enge Beziehungen unterhielt. ³) Wohl Thomas v. Capua.